Accedentes, inquit, *ſervi patris familias, ad eum dixerunt: Domine, nonne bonum ſemen, &c:* quærunt porrò num debeant eradicare Zizania: ferunt reſponſum: *Sinite pariter creſcere, &c.*

VSVS.

1. Liquet, quod Eccleſiæ Paſtores, debeant iraſci Zizanijs, & de ijs precibus ſuis apud Deum conqueri.

2. Licet etiam Chriſtus dicat: *Sinite pariter creſcere.* Non hoc tamen vult, quod Eccleſiæ paſtoribus ad falſa dogmata, & quælibet peccata ſit tacendum, ſed vetat tantum nevi corporali aliquid agant. Hoc enim Magiſtratus politici officium.

3. Facit etiam pijs in conſolationem, quod tantam curam tritici, Pater familias habeat.

DE III. LOCO.

Quid & de tritico & de Zizanijs futurum ſit, docet Chriſtus in parabolâ, dum inquit: *Tempore meßis dicam meſſoribus, Colligite, &c.*

VSVS.

1. Diſcendum, quod Deus impijs